

**L**uc<sup>e</sup>.13. phetam extra Ierusalem. Sed nos ab eo docti & sp̄a  
sancto iustructi, hōc exempla refugientes, confitea-  
mūr cum Petro, quia hic est filius dei uiui, qui ppter  
nos, & propter nostram salutem uenit in mundum,  
& iterum uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

## FERIA SECUNDA

post Lætare. Iohannis ij.

**I**n illo tēpore Prope erat pascha Iude-  
orū, & ascēdit Iesus Hierosolymā. Et rel,



**D**escendit Iesus Capharnaū. ipse et mater eius, et fratres eius, & discipuli eius, ibiq; manserūt non multis diebus. Et prope erat pascha Ju- dæorum, & ascēdit Je- sus Hierosolymā. Bn enim euāgelista ait descen- disse Iesum in Capharnaū. Capharnaū uero uilla pul- cherrima interpretatur, significans hunc mundum, ad quem dñs noster Iesus Christus pro salute huma- ni generis, à paterna sede nunquam recedens, descen- disse dicitur. Sed solet mouere quosdā, quod in exor- dio lectionis huius euāgelicā dictum est, quia descen- dente Capharnaum dño, nō solum mater & discipu- li, sed & fratres eius securi sunt eum. Nec desuere ha- retici, qui Ioseph uir; Mariæ semp uirginis, putarēt

ex alia uxore genuisse eos, quos fratres dñi scriptura appellat: alij maiori perfidia, hos eum ex ipsa Maria post natum dñm generasse putarent. Sed nos fratres charissimi absque ullius scrupulo quæstionis scire & confiteri oportet, non tñ beatam dei genitricē, sed & beataissimum castitatis eis testem atq; custodem Ioseph ab omni prorsus actione coniugali māsile sem per immunem, nec natos, sed cognatos eorum more scripturæ usitato fratres & sorores saluatoris uocari. Deniq; Abraam hoc modo loquitur ad Loth, Ne quæso si iurgium inter me & te & pastores meos & *Gene. 13* pastores tuos, fratres enim sumus. Et Laban ad Iacob: Num, qd frater meus es, gratis seruies mihi? Et *Gene. 19* quidem cōstat, quia Loth filius Aran fratris Abraā, & Iacob filius Rebeccæ sororis Laban, sed ppter cognationē sunt fratres nuncupati. Hac ergo regulâ in scripturis sanctis (ut dixi) frequentissime etiā cognatos Maria uel Ioseph fratres dñi appellatos oportet intelligi. Quod aut̄ propinquante pascha Iesus ascendit Hierosolymam, nobis pfecto dat exemplū, quanta animi uigilatia dñicis subijci debeamus. Imperijs, cūpse in hominis infirmitate apparens, eadē quæ ex diuinitat̄ autoritate statuit decreta, custodiatur. Ne em̄ putarēt serui, absq; crebris orōnum bonorumq; actum uictimis, uel flagella euadere, uel præmia se posse percipere, etiā inter seruos ipse ad orādum immolandumq; dei filius ascendit. Qui ueniens Hierosolymam, quid ibi gerentes inueniret, qd ibidē gessit uideamus. Et inuenit (inquit) in templo vendentes boues & oves & columbas & nūmularios sedentes. Et cum se cisset qualis flagellū defunclis, ocs eiccit de templo, oves quoq;

z boues, z nūmulariorū effuditæs, z mensas  
subuerit. Boues & oves & columbae ad hoc emebantur, ut offerrenti in templo. Nūmularij ad hoc sedebant ad mensas, ut inter emptores venditoresq; hostiarū prōpta esset pecunia taxatio. Videbant ergo Icicte uenidi in templo, quæ ad hoc emebant, ut in eodem templo offerretur dñs. Sed nolens ipse dñs aliquid in domo sua terrena negociactionis geri, nec eius quidem quæ honesta putaretur, negotiatorēs iniustos foras vēs simul cum his q; negociabatūr eiecerit. Quid ergo fratres mei: qd putamus faceret dñs, si rixis dissidentes, si fabulis uacantes, si risu dissolutos, uel alio quilibet scelere inueniret irretiatos, qui hostias, quæ sibi immolarent, emētes in templo uidit, & eliminare festinauit. Hæc, ppter illos diximus, qui ecclesiā ingressi, nō solum intentionē orandi negligunt, uerū etiā detractionibus insequuntur, addēres uidelicet pēctā peccatis, & quasi funē sibi lōgissimū in cauda eorum augmentatiōe texentes, ne clementes ex eo districti iudicis examinatione damnari. Nam bis quidē in sancto euāgeliō legimus, quod ueniens in templo dñs, huiusmodi, negotiatorēs eiecerit. Nunc uidelicet, i. tertio ante passionem suam anno, sicut & huius euangelistæ sequentibus scriptis agnoscimus, & ipso quo passus est anno, cū ante quinq; dies paschæ sedens in alino Hierosolymā uenisset. Sed hoc idem in templo sanctæ ecclesiæ dñi examine ac quotidiana uisitatione geri, omnis qui recte sapit, intelligit. Vnde multū tremenda sunt haec dilectissimi, & digno expavescendat timore, sedulaq; præcauendum industria, ne ueniens improuisus, peruersum qd in bonis, unde merito sagellari, ac de ecclesia ejici debeamus, inueniat. Et ma-

Hime in illa, quæ specialiter domus orðnis uocabit,  
obseruandum, ne quid ineptum geramus, ne cū Co-  
ninthijs audiamus ab Apostolo: Nunq̄d domus nō  
haberis ad agenda uel loquenda temporalia, aut ecclē- 1. Corin. 11.  
siam dei cōtemnitis! Et p̄pheta cum loqueret, dicēs  
Iudeis: **Dilectus me⁹** in domo mea fecit scelera mul-  
ta. Et quidem gaudendū est, quia ipsi sumus in bāpti Jeremi. 21.  
smo templum dei, teste Apostolo qui ait: **Templum**  
ēm dei sanctū est, quod estis uos, ipsi ciuitas regis ma- 1. Corin. 3.  
gni, de qua canit. **Fundamenta eius in montibus san-**  
**ctis, i. fundamēta ecclesiæ in soliditate fidei aposto-**  
lorum & prophetarum. **Sed non minus tremēdum**  
quod premisit Apostolus, dicēs: **Si quis autē templū**  
dei uiolauerit, disp̄det illū deus. **Et ipse iudex iustus:**  
Disperdam (inquit) de ciuitate domini oēs qui ope- Psalm. 107.  
runtur iniuriam. **Gaudendū** quia in nobis pasche  
solēnitatis agitur, cum de uitijis ad uirtutes trāſire sat-  
agimus. **Pascha** quippe transitus dicitur. **Gaudendū,**  
quia nostra pectora ciuitatē uidelicet suam uisitare  
quia idem pascha nostræ bonæ actiōis præsentia sue  
pietatis illustrare dignatur. **Sed timēdum** satis, ut ne  
nos in ciuitate sua aliud quam ipse diligit agentes in-  
ueniat, & ipse nobis quale nō diligimus districtus cre-  
ditor ostendat, id est, ne nos in templo nūmularios,  
ne uenditores ouium, columbarum vē reperiens, da-  
met. **Boues** quippe doctrinā uitæ cœlestis, oues opa  
munditiæ & pietatis, columbae sancti spiritus dona  
designat. **Quia** nimis tūm boum iuuamine solet ager  
exerceri, ager est domini cor, cœlesti excultū doctri-  
na & suscipiendis uerbum dei præparatum rite semi-  
nibus. **Oues** innocentier sua uellera uestiendis homi-  
nibus præstāt. **Et** spiritus super dominum in colum-  
hh ij

bæ specie descendit. Vēdunt aut̄ boues, qui uerbum  
 euangeliū nō diuino amore, sed terreni quæstus intui-  
 tu audiētibus impendunt. Quales reprehendit Ap̄ls,  
 quia Christū nunciarent non sincere. Vendūt oues,  
 qui humanae gratiā laudis opera pietatis exēcēt. De  
 quibus dñs ait, quia receperūt mercedem suam. Ven-  
 dūt columbas, qui accepiā spiritū gratiam, non gra-  
 tis, ut præcep̄tū est, sed ad præmiū dant: qui imposi-  
 onem manus, qua spiritus accipitur, eis nō ad qua-  
 stum pecuniae, ad uulgi tñ fauorem tribuunt, qui fa-  
 cros ordines non ad uitæ meritū, sed ad gratiā largiu-  
 tur. Nummos mutuo dant, qui non simulat̄ cælesti  
 bus, sed aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt,  
 sua querentes, nō quæ Iesu Christi. Verū huiusmo-  
 di operarios fraudulentos quæ merces maneat ostē-  
 dit dñs, cum facto de funiculis flagello omnes eiecit  
 de templo. Ejiciuntur enim de parte sortis sanctorū,  
 qui inter sanctos positi, uel fiste bona, uel aperte faci-  
 unt opera mala. Oues quoq; & boues ejicit, ga ratiū  
 uitā pariter & doctrinam ostendit esse reprobā. Fu-  
 niculi quibus flagellādo impios de templo expulit,  
 clementia sunt actionum malar; de quibus materia  
 damnandi reprobos districto iudici datur. Hinc ete-  
 nim dicit Isaias: Vg qui trahitis iniquitatē in funicu-  
 lis uanitatis. Et in proverbijs Salomon: Iniquitates  
 (inquit) suæ capiunt impiū, & funibus peccatorum  
 suorum cōstringitur. Qui enim peccata peccatis pro  
 quibus acrius damnetur accumulat, quasi funiculos  
 quibus ligetur ac flagelleetur, paulatim agendo pro-  
 longat. Num mulariorum quoq; quos expulerat, ef-  
 fudit æs, & mēlas subuertit, quia damnatis in fine re-  
 probis, etiam ipsar; quas dilexere rerum tolleret figu-

Isaiæ. 5

Prover. 5.

ram, iuxta hoc quod scriptū est: **E**t mundus trāsibit, 1. Johān. 2  
& cōcupiscentia eius. **E**t his qui colubas vēde-  
bāt dīrir: Auferre ista hinc, & nolite facere do-  
mum patrīs mei domū negociatiōis. Venditi-  
onē colubar̄ de tēplo auferri praecepit, qā ḡra spi-  
ritus gratis accipi, gratis debet dari. **V**n Simō ille ma-  
gus, qui h̄c emere pecunia uoluit, ut maiori precio Actuū. 8  
uenderet, audiuit: Pecunia tua tecū sit in perditionē.  
Non est tibi pars neçsors in sermone hoc. Notandū  
aut̄, quia non solū uenditores sunt columbar̄, & do-  
mum dei faciunt domū negociatiōis, qui sacros ordi-  
nes largiendo, preciū pecuniae uel laudis uel etiā ho-  
noris inquirunt: ueq; hi quoq; qui gradū uel gratiam  
in ecclesia spiritualē, quā deo largiente perceperē, nō  
simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa re-  
tributionis exercent, contra illud apostoli Petri: Qui  
1. Petri. 4:1  
loquit̄ quasi sermones dei, qui ministrat tanq; ex uir-  
tute, quā administrat deus, ut in omnibus honorifice  
tur deus per Iesum Christū. Quicūq; ergo tales sunt,  
si nolunt ueniēre dño de ecclesia auferri, auferāt ista  
de suis actibus, ne faciant domū dei domū negociati-  
onis. Nec prætereundū, quia solcite nobis scripture  
urāq; saluatoris nostri naturā, & humanā uidelicet  
comendat & diuinā. **V**t enim uer⁹ dei filius intelli-  
giat, audiamus quod ipse dñs ait: [Nolite facere do-  
mum patris mei, domū negociatiōis.] Aperte namq;  
se filii dei patris ostendit, q; templū dei domū sui pa-  
tris cognominat. **V**t rursum uer⁹ hōis filius sentiat,  
recolamus quod in huius capite lectionis descendēs  
in Capharnaū, mattē comitem habuisse perhibetur.  
Sequitur: **R**ecordati vero sunt discipuli eius,  
qui scriptū est: **T**elus dominus tuę comedit psalm. 68.

me. Zelo domus patris saluator eiecit impios de tem-  
plo. Zelemus & nos fratres charissimi domū dei, &  
quantū possumus, ne qd in ea prauum gerat, insista-  
mus. Si uiderimus frēm, qui ad domū dei p̄tinet, sup-  
bia tumidū, si detraictōibus assuetū, si ebrietati serui  
entem, si luxuria eneruatiū, si iracundia turbidū, si alij  
cuiquā uitio substratiū, studeamus inquantū facultas  
suppetit castigare, polluta ac peruersa corrigere, & si  
quid de talibus emendare nequimus, nō sine acerri-  
ma mēte sustinere dolorē. Et maxime in ipsa domo  
orōnis, ubi corpus dñi cōsecreatur, ubi angelos &  
presentia semp adesse nō dubitatur, ne quid ineptū fiat,  
sive quid quod nostrū fraternalm & orationē impedi-  
at, totis uiribus agamus. Sequit. **Respondeunt ergo Iudæi:** Quod signum oñdis nobis, quis hæc facis? **Respondebit Jesus & dicit eis:** Sol  
uite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. **I** De quo tēplo dicat euangeliſta post aperuit, uidelicet de tēplo corporis sui, quod ab illis passione solus  
tum, ipse post triduū excitauit de morte. **Q**ui ergo  
signū querrebat à dñō, quare solita cōmercia, p̄iace-  
re debuerit ē templo, respōdit rectissime impios ex-  
terminare de templo, quia ipsum templū significauit  
templū corporis sui, in quo nulla p̄fus esset alicui  
ius peccati macula. **N**eque immerito typicū purgaue-  
rit à sceleribus templū, q̄ uerbi dei templū ab homi-  
nibus morte solutū diuinæ potētia maiestatis excita-  
re posset à mortuis. **Dicerunt ergo ei Iudæi:** Quadragesima & sex annis ædificatus est templū hoc,  
& in tribus diebus excitabis illud? **Q**uo intellexe-  
runt, ita respōderunt. Sed ne nos quoq̄ spūalem dñi  
sermonem carnaliter sentiremus, euangeliſta subse-

quenter de quo templo loqueretur, exposuit. Quod autem a iunct de templo, quadraginta & sex annis ædificatum est, non primam, sed secundam illius ædificationem significant. Primus enim Salomon in maxima regni sui pace decentesimo & septem annos opere perfecit, quod destructum a Chaldaeis, post septuaginta annos adiunctione Cyri Persae laxata captiuitate, reædificari cœptum est. Sed filii transmigrationis opus quod principibus Zorobabel & Iesu faciebant, ppter impugnationem gentium uicinae ante quadraginta & sex annos implere nequievit: quod etiam numerus annorum perfectionem domini corporis aptissime congruit. Tradunt etiam naturalium scriptores res, formam corporis humani tot dier spatio perfici: quia uidelicet primis sex a conceptione diebus lactis habebat similitudinem, sequentibus nouem uerratur in sanguinem: deinde duo decim solidetur, reliquis decem & octo firmet usq; ad perfecta lineamenta omnium membrorum, & hinc iam reliquo tempore usq; ad tempus partus magnitudine augeatur. Sex autem & nouem, & duo decim, & decem, & octo, quadraginta quinque faciunt, quibus si unum adiecerimus, id est, ipsum diem quo discretum per membra corpus clementum sumere incipit, tot nimurum dies in ædificatione corporis domini, quo in fabrica templi annos inuenimus. Et quia templum illud manufactum, sacrosanctam domini carnem, quam ex uirgine sumpsit, ut ex hoc loco discimus, figurabat, quæque corpus eius quod est ecclesia, quia unius cuiusque fidelium corpus animamq; designabat, ut in plerisque scripturarum locis inuenimus. Adam uero primus post peccatum audiuit: **Terra es**, & in terram ibis. Secundus uero,

**A**dam de seipso ait: [Solute templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.] Sparsus uero fuit primus Adam per uniuersum mundum, qui in secundo collectus est, quod significat nomen Adam, qui quatuor literis scribitur. i. αλφα, ομήτρα: iterum αλφα & μι. q. quatuor litterae, quatuor partes orbis designant, in quas sparsus est Adam in filiis suis. ideo in principiis nominum partium mundi, haec quatuor litterae leguntur. **N**αζερτος qd est septemtrio, ab incipit: Αύρα, qd est occidens a d. incipit: Σεπτεμβρινή, qd est oriens, ab etiam incipi: μεσημέρια quod est meridiis, a u. incipit, q. sunt partes orbis, ab his quatuor litteris incipientes. Quae littere si in computo græco considerent, quadraginta sex faciunt. **N**am α, unum: Ι, quatuor. & iterum Ι, unum: ι, quadrageinta, qui simul ducti, sunt quadraginta sex, mystice designant annos, quibus templum corporis Christi in utero uirginali edificatum est, sicut superius diximus. **C**aro autem Christi, quae de Adam sumpta est, destruncta est a Iudeis, & a seipso iterum edificata est, secundum scripturas prophetar. Et ideo dicit evangelista. **H**oc enim dicebat de templo corporis sui. **L**um ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo, et crediderunt scripture, id est, prophetiarum dictis, qui praedixerunt Christum tertia die resurgere, et sermoni quem dixit Iesu g. i. quod ait, [Solute templum hoc, & in tribus diebus excito illud.] **H**oc est, tercia die resuscitarbo, qd uos soluitis in cruce. **S**equitur. **L**um autem esset Iesus Hierosolymis in pascha in die festo, multicrediderunt in nomine eius, ridentes signa quae faciebat. **I**pse autem Iesus non credebat semper templum

eis, eo quod ipse noster oēs. Et quia opus ei non erat,  
ut quis testimonium perliberet de homine : ipse em̄  
sciebat quid esset in homine. ] Non em̄ sic credebant  
in eum, ut digni essent Christū habitare in eis, quorū  
fides catechumenis comparari potest, qui credūt in  
Christum, sed Christus non credit se ipsum eis. Quia Iohann. 3  
nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non  
potest introire in regnum dei. Nemini vero se credit  
Christus, nisi qui dignus est introire in regnū dei. Vnde  
& ecclesiastica consuetudo catechumenis corpo-  
ris & sanguinis Christi cōmunionem nō tradit, quia  
non sunt renati ex aqua & spiritu, quibus tantū cre-  
ditur participatio corporis & sanguinis Christi.

## FERIA TERTIA

post Lætare Iohannis VII.

In illo tempore: Iam die festo mediāte, ascen-  
dit Iesus in templum, & docebat. & mira-  
bantur Iudei, dicentes: Quomodo hic lite-  
ras scit, cum non didicerit? Et reliqua,

Ille qui latebat, docebat & palam loquebatur, &  
non timebat. Illud em̄, ut lateret, erat exempli,  
hoc potest aīs, sed cū doceret, mirabantur Iudei.  
Oēs quidem (quantū arbitror) mirabant̄, sed nō oēs  
cōuerbant̄. Vnde admiratio: Quia multi nouerāt,  
ubi natus, quemadmodū fuerit educatus, nunq̄ eum  
viderant literas discentēs, audiebant tamē de lege dis-  
putātē, legis testimonia proferentē, qua nemo po-  
test proferre nisi legisset, nemo legerit nisi literas didi-  
cissem, & ideo mirabant̄. Eorum autē admiratione, ma-